



Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Dispvatio X. De Virtute Spei Theologicæ, Vitiisque Opposit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

DISPUTATIO DE CIMA.

De Virtute Spei Theologica, Virtusq; Oppositis.

QUESTIO I.

Quid Spes, Qualis Virtus, Quod Objectum?

I. Quid Virtus Spei in communi.



MISSIS variis Spei acceptionibus, in presenti sumitur pro virtute, quae respicit bonum honestum, abiens, possibile, & (ut solet ad h) arduum: respicit,

inquam, sive quatenus est habitus principians a sum tendentem in tale objectum, estque Spes habitualis; sive quatenus est ipse actus desiderii in tale bonum vitaliter tendens. Actus autem Spei, quo in ipsum objectum tenditur, debet esse desiderium efficax ejusdem. Quamvis etiam inefficaces actus possint ad virtutem hanc suo modo pertinere. Potestque Spes actualis describi motus efficax voluntatis consequens cognitionem boni honesti absentis, obtentu possibilis, & (quod ordinariè additur) ardui. Unde ex parte objecti requiritur in primis bonitas, eaque honesta non enim nisi bonum, saltem apprehensum ut tale, speramus seu prosequimur, uti non nisi malum timemus & fugimus. Ratio quoque virtutis exigit objecti honestatem, ut patet. Secundò, absentia: quod chim est praesens & possidetur, non speratur, sed tenetur. Unde Apostolus ad Rom 8. ait: Spes quae videtur, non est spes, id est: nulla est spes rei praesentis, & jam possessae. Nam quod videt quis seu jam obtinet, quid sperat? q. d. nec restare tunc causam sperandi. Tertiò requiritur, ut bonum sit possibile: impossibilia enim cognita ut talia non possumus sperare, nec (quod Spes requirit) efficaciter prosequi, sed solum inefficaci complacentià seu desiderio in ea tendere.

Quartò requiri solet, ut sit arduum, quavis hoc spectet ad quaestionem de nomine: cum alioquin sicut absentia quavis bona desiderari possunt, sic & suo modo expectari seu sperari, uti mala quavis timeri. Loquendo tamen, ut multi, arduitas seu difficultas non alia requiri potest, quam ea, quae consistit in hoc, quod vel non sine labore seu molestia possit à nobis poni, vel certè sit ab alio obtinenda. Unde oritur solet quaedam incertitudo, quae affligit animam.

Quintò Nonnulli cum Arriaga disp. 26. sect. 1. n. 6. ad spem requirunt, ut bonum sit tantum probabiliter seu non certò futurum; quasi certò futura non sperentur. Sed hoc ad puram de voce quaestionem spectat. De re Herincx Sum. Theol. Pars III.

enim constat posse elici efficax desiderium boni etiam certò futuri. Nec est, quod multum obstet, quo minus appelletur nomine Spei; quam non videtur tollere certitudo; sed anxietatem. Ut proinde etiam B. Virgo & alii confirmari in gratia, quantumvis certi de tempore mortis, ad beatitudinem anhelaverint veri nominis spe. Quemadmodum è converso est & dicitur timor, etsi malum certò immincat.

Denique plerique addunt, bonum quod speratur, debere esse proprium, eò quod Spes sit amor concupiscentiae, quo consequenter rem quae nobis bonam concupiscimus. Et consonat Augustinus Enchiridii c. 8. dicens: Spes non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eum pertinentium, qui eam spem gerere perhibetur. Unde consequenter dicendum foret, nos alteri propriè non sperare beatitudinem vel aliud bonum, nisi ad summum quatenus illud redundat quodammodo & sit bonum nostrum; sicut è contrà malum alterius censetur proprium, ut videre est in bono vel malo prolis respectu matris.

Aut certè locutio est vulgaris & impropria, quae significatur opinio nostra, de re alteri obventurà cum aliqua suspensione & expectatione eventus. Quo modo etià dicitur quis de salute alterius desperare. Quae alioquin desperatio non opponitur Spei Theologicae, & consistit cum actuali spe propriae salutis. Accedit, quod juxta Coninck disp. 19. dub. 1. desiderium alienae beatitudinis sit actus benevolentiae seu amicitiae habens beatitudinem pro objecto materiali, bonitatem autem seu bene esse proximi pro objecto formali motivo; adeoque sit actus charitatis naturalis proximi. Quod fusè confirmat. Nihilominus difficile est; cur saltem non possit desiderans alteri beatitudinem moveri ab ipsa bonitate beatitudinis, alteri tãquam subjecto cui efficaciter desiderat; simili modo còcurrente personà alterà, sicut dum quis desiderat illam sibi; ut fusè exaggerat Arriaga d. 26. sect. 4. Quo dato, an desiderium istud dicendum foret actus spei, spectare videtur ad quaestionem de nomine. Et quidem satis probabile videtur talem actum posse esse supernaturalem; nec videtur posse efficaciter improbari; qui diceret, ad illum posse saltem secundariò inclinare habitum Spei Theologicae.

Spei generatim sumptae superaddit Spes Theologica, quod sit Theologica & supernaturalis: adeoque quod bonum speratum sit Deus, in quem consequenter tendat affectus per actum supernaturalem. Spes

fic sumpta ex *Scoto d. 26. n. 23.* describi potest: Infusa virtus seu habitus inclinans in actum desiderii efficacis boni in se habiti, quatenus nobis boni, ex meritis seu gratia liberaliter conferenda seu collata obtinendi. Spes actualis vero consistit in praefato desiderio. In objecto autem hujus desiderii reperiuntur conditiones Spei, scilicet bonitas seu honestas; absentia seu futurity, non quidem objecti secundum suam substantiam, sed secundum suam possessionem, quae abest & futura est; possibilitas similiter, quatenus est possibile obtineri per auxilium supernaturale Dei, adeoque non per vires naturae: propter quod etiam ipsum est maxime arduum. Et si alias quoque conditiones admittere quis velit, non deest ratio boni proprii: cum maxime sit bonum ipsius sperantis illud, in quod tendit Spes Theologica. Ipsum denique est probabiliter saltem futurum, cum non sit certum alterutrum, sed contingens, quod sperans sit re ipsa obtenturus beatitudinem, etsi non in omnibus aequali sit verisimilitudo, uti patet.

Cujus objecto conveniunt omnes conditiones ad spem requisita.

6. *Ipsam esse virtutem ostenditur.*

Spes porro descripta est in primis virtus: nam indubie honestum est tendere in bonum infinitum ut sic propositum: ipsum enim quod intenditur est maximum bonum, & propter hanc ipsius bonitatem nobis convenientem intenditur, ac denique per media convenientia, atque ab ipso Deo ordinata intenditur. Confirmatur: quia Deus non solum est ratione suae bonitatis seu perfectionis dignus summe amari, quatenus ei omne bonum optemus, & de ejus bono gaudeamus: sed etiam est summum bonum nostrum, quatenus se ipse nobis tamquam finem nostrum ultimum proposuit, ad quem aspirare de ejus voluntate debemus, postpositis bonis inferioribus; & ea tenus quoque vult a nobis appeti. Quod ipsum honestissimum est, Deoque honorificum. Quamvis autem is qui sperat, desideret Deum sibi, non tamen quasi se statuat finem Dei, sed quia Deum praefigit finem sui, in quem propter ejus bonitatem tendit. Sicut id generale est in cunctis finis intentione, quae semper involvit subiectum, cui finis desideratur.

7. *Sperans non videtur fructuari.*

Nec obstat, quod voluntas amando Deum sibi, videatur vitiose uti bono fruendo, & propter se tantum amando. Nam bonum propter se amandum, & vere amantis perfectivum, desiderare sibi tamquam sui perfectivum & finem, non est eo uti, sed tamquam finem fruendum, & velut majus bonum, quam sit ipse amans, intendere; quod est honestissimum. Unde intuitu hujus mercedis operari non est malum, sed honestum; uti certum est ex *Tridentino sess. 6. c. 11. & can. 13.* Quare ipsa Scriptura sicuti nobis proponit mala futura, eorumque timorem commendat, ut a peccatis recedamus: sic & proponit praemia, Deum scilicet

Inuitu mercedis aeternae operari honestum est.

ipsum, ut excitemur ad bene operandum. Quae quidem consideratio Dei remuneratoris Sanctos non solum veteris Testamenti (de quibus Apostolus fuisse ad *Hebr. 11.*) sed & novi Testamenti excitat ad difficultia pro Deo constanter ferenda.

Deinde Spes est virtus Theologica: habet enim pro objecto primario, quod speratur, Deum ipsum beate possidendum; pro formali autem seu motivo, bonitatem ejusdem quae nobis bonus seu conveniens est. Nam sperant Christiani Deum possidendum. In quo quidem actu Deus ipse est finis, qui desideratur obtinendus (qui etiam recte dicitur finis cuius) ipsa beatitudo est possessio, mediante qua speratur obtinendus, estque adeo (ut sic dicam) finis quo: unde resultat integer finis objectivus & formalis, cuius gratia bene agimus, & media eadem conducentia (quae sunt objectum materiale secundarium) adhibemus: ipsa autem sperans est finis cui bonum tantum speratur. Nec obstat, quod inde sequeretur etiam spem naturalem; seu actum spei virtutibus naturae elicitum, esse virtutem Theologicam seu actum illius: nam haec quoque revera talis est, spectando objectum; & consequenter sic posset vocari; uti & charitas Dei naturalis, quamquam hoc nomine soleat simpliciter intelligi Spes & charitas infusa seu supernaturalis.

8. *Spem esse virtutem Theologicam ostenditur.*

An spei naturalis dici possit Theologica.

Difficultas porro aliqua est in primis de objecto materiali. Nam *Durandus* objectum materiale primarium & immediatum Spei statuit solum beatitudinem formalem, puta visionem & fruitionem Dei; Deum autem putat esse tantum objectum Spei mediatum. E contra pauci alii censent solum Deum esse objectum primarium. Sed communis doctrina statuit utrumque simul pro objecto primario & immediato spei: per hanc enim concupiscimus ipsam Deum, sed possidendum, adeoque & possessionem ipsam, seu visionem & fruitionem Dei, non quatenus est quaedam qualitas creata, sed quatenus est possessio Dei. Quomodo modum spes avari est pecunia, utique possidenda, sic ut feratur in utrumque; nam non sperat solum existentiam pecuniarum, sed possessionem earum, quae etsi mediet, adhuc censetur pecuniae bonum immediatum avari. Ratio est: quia finis formalis & objectivus, seu bonum speratum & ejus possessio, constituunt unum integrum finem, & objectum immediatum desiderii nostri. Deinde illud speramus, quod nos beatificat: hoc autem praestat utrumque simul: quia nempe, nec Deus id praestat, nisi quatenus eo fruatur, nec fruitio, nisi quatenus Deum per illam possidemus. Deinde si Deus non esset objectum immediatum quod speratur, Spes non esset Virtus Theologica; sicut illius conditionis defectu religio non est virtus Theologica. Vide dicta *Disp. 2. de Beatitudine quest. 7.*

9. *Objectum primarium & immediatum spei est illi Deum, cum ejus possessio, seu beatitudo formalis.*

quaest. 5. ubi de gaudio beatifico egimus, & argumenta quae hic obijci possent dissolvimus.

10. *Quantam spectent ad objectum secundarium Spei.*
Ad objectum secundarium Spei spectant auxilia divina, bona opera, peccatorum remissio, & generatim ea omnia, quae possunt amari tamquam utilia ad beatitudinem obtinendam: in omnibus enim istis causa movens voluntatem ad eorum amorem, est finis ultimus, quasi extrinsecè illa informans: unde dum illa amantur, amatur seu concupiscitur ipse Deus.

Promissio verò divina, tam beatitudinis, quam auxilii ad eam obtinendam necessarii, est conditio requisita, ut possimus convenienter sperare: sicut enim sine divino auxilio non possumus beatitudinem obtinere, ita nec efficaciter sperare: & hac ratione illius auxilii promissio pertinet etiã aliquo modo ad objectum Spei, videlicet tamquam ratio illud nobis applicans, & conditio requisita, ut illud objectum fiat sperabile: non verò tamquam ratio movens.

11. *Objectum formale non est auxilium aut omnipotentia Dei, sed bonitas eius, qui nobis bonus est.*
Difficultas praeterea movetur de objecto formali seu motivo. Quod Nonnulli (inter quos refertur solet D. Thomas) statuunt auxilium divinae potestatis & pietatis, seu potius (ut aliqui loquuntur) ipsam omnipotentiam Dei. Sed communis Doctrina merito statuit pro objecto formali ipsam bonitatem Dei, quatenus nobis bonus & convenientis est, adeoque beatitudinis, tum objectivè, tum formalis, convenientiam respectu nostris. Ratio est: quia illud est objectum formale, quod propriè movet ad sui appetitum ac desiderium; sic autem ad appetendum Deum tamquam finem possidendum movet praedicta bonitas. Deinde non est dubium, quin dabilis sit virtus Theologica Deum sic spectatum considerans; non est autem ratio, cur de facto, Spes non sit talis. Nec est e contra ratio, quae satis probet auxilium aut omnipotentiam Dei esse objectum formale. Quin potius oppositum constat ex eo, quod sortiatum rationem mediè & causae efficientis, non finis. Confirmatur: quia speramus in Deo ejulque auxilio, sicut aeger in medico & medicinis; objectum tamen formale spei infirmi non est medicus aut medicina, sed bonum sanitatis per medicum & medicinas velut causas efficientes procurandum.

12. *Occurrit objectioni ex Scriptura de sumptibus.*
Nec refert I. Quod Scripturae nobis principaliter commendent, atque adeò praecipuam laudem Spei in eo positam significent, ut speremus in Domino; non autem in eo quod speremus Deum; adeoque videatur, quod Deus ut potens & pius ad auxiliandum debeat poni objectum formale Spei, non autem Deus ut summè bonus nobis. Nam non minus in Scripturis commendatur, ut non respiciamus ad vanitates, & insanias fallas, sed speremus hereditatem

tem aeternam in caelis, & videre bona Domini in terra viventium: quod quia obtinere non possumus per homines, commendat spem & fiduciam ponere in divinis auxiliis; quae ideo supra diximus spectare ad secundarium objectum materiale Spei. Cum itaque Scriptura commendat utrumque, sed unum ut medium, alterum ut finem; videtur formalis ratio objecti potius desumenda ex eo, quod rationem finis habet.

Nec refert II. Quod divina omnipotentia ferens auxilium videatur se habere ad spem, sicut divina veracitas revelans ad fidem. Nam divina veritas mediante revelatione reddit objectum fidei nobis cognoscibile, adeoque cognitum ob eandem veracitatem tamquam propriam rationem credendi; quae etiam alia assignari non potest. At divina potentia ejulque auxilium non faciunt objectum amabile & desiderabile, utpote quod ex se est tale, & desiderabile etiam à nobis, quando fide cognoscitur, sed solum praestant, quod voluntas ab objecti bonitate moveatur ad illud efficaciter intendendum; quatenus nempe ipsum ex se desiderabile, faciunt esse à nobis sperabile, faciendo ut iudicetur esse possibile. Quo iudicio posito, voluntas movetur ab ipsa objecti bonitate ad illud efficaciter intendendum (quod est ipsum sperare) cum Dei auxilio. Alioquin pari ratione posset etiam promissio & veracitas Dei statui objectum formale spei: his enim seclusis, non satis apprehenderet intellectus beatitudinem nobis obventuram, adeoque nec voluntas in ipsam tenderet, in quam nunc tendit, munta divinis promissionibus. Nec tam considerandum venit in motione voluntaris causa, quae promoveri possit & efficere bonum, quam ipsa bonitas, quae movet; per accidens & materialiter se habente auxilio, per quod bonitas objecti obtinetur. In ipsaque diversa ratione boni furatur, quod diversa rationis media sint, quibus obtinetur; v.g. quod sint media superioris ordinis, uti ipse finis seu bonum est talis ordinis.

Nec refert III. Quod spes nostra differat à Pelagiana per hoc, quod nitatur divino auxilio. Nam utraque spes non necessario differt objecto primario & formali; sed partim principio, quod est supernaturale in actu spei nostrae, qui est supernaturalis, Pelagianorum autem naturalis; partim mediis ad finem abhibendis, quae sunt secundum Catholicos opera gratiae, secundum Pelagianos opera naturae, adeoque differt etiam spes nostra ab illorum spe ex parte objecti secundarii, ex quo pariter desumi potest specifica actuum distinctio.

14. *Ad hoc locum erit distinctio Spei Christianae à Pelagiana.*

QUÆSTIO II.

De Spei à Fide & Charitate Diſtinctione, & Certitudine.

DE priori parte quæſtionis ſtatuendum eſt, Spem eſſe à fide & charitate diſtinctam. Eſt apud omnes certum, & colligitur ex Apoftolo I. Cor. 13. *Nunc autem manent Fides, Spes, Caritas tria hæc; major autem horum eſt Caritas.* Et conſonant Veteres in D. Locum & *Auguſtinus Enchiridii* c. 8. & 117. Et *Tridentinum ſeſſ.* 6. c. 6. explicatis diſtinctè fidei, ſpei & c. actibus (ut & facit *can. 3.*) ſubdit c. 7. juſtificationem conſiſtere in infuſione gratiæ & donorum; quæ dona ſpecificans addit: *Hæc omnia ſimul infuſa accipit homo . . . fidem, ſpem, & Charitatem & c.*

16. *Et ratione.* Accedit ratio: quia ſpes diſtinguitur à fide partim ex parte motivi, quod reſpectu fidei eſt divina veritas reſcians, reſpectu ſpei divina bonitas, quæ nobis eſt bonus: partim ex parte ſubjecti, cum fides ſit in intellectu, ſpes in voluntate: partim ex parte ſeparabilitatis; cum fides poſſit eſſe ſine ſpe, in fidei deſperante. A charitate verò non diſtinguitur, quidem ex parte ſubjecti, ſed motivi; quod eſt reſpectu charitatis, Deus quæ in ſe bonus & perfectus eſt. Proinde deſtructa Charitate per mortale, adhuc manet ſpes. Verum quidem eſt non ſatis apparere, cur non potuiſſet eſſe habitus ſupernaturalis tam generalis, qui complecteretur motivum utrumque, adeoque actus, tam ſpei, quàm charitatis. Sed oppoſitum de facto contigiffe (prout evidens eſt contingere potuiſſe volente Deo) ex auctoritate conſtat, ex qua etiam illarum virtutum ſeparabilitas innotuit. Et factum id quidem congruè, ut fideles amiſſa (quod frequens eſt) charitate, adhuc præditi manerent permanente ſperandi, ſeu ex ſpe operandi, principio.

Quamvis abſolute potuiſſet idem habitus elicere actus ſpei & charitatis; congruè tamen Deus diſtinctos infuſit.

Dices, ex eodem fonte amicitia profluit, ut quæramus bonum amici, amemus præſentem, & deſideremus abſentem; ergo Spes non diſtinguitur à charitate. Reſp. iſtos actus poſſe quidem proficiſci ex amore amicitia, ex quo conſequenter poſſet proficiſci deſiderium fruendi Deo, non quatenus id ipſum eſt nobis bonum, ſed quatenus bonum & gratum Deo, ac ad gloriam ipſius. Nihilominus ſicut poſſumus amicum amare tamquam bonum in ſe, & concupiſcere tamquam bonum nobis, eumque hæc ratione abſentem deſiderare, ut ejus præſentia felices reddamur; ſic etiam Deum poſſumus tamquam bonum nobis concupiſcere, & ejus poſſeſſionem deſiderare, atque ad illum per media tendere: quod quidem non eſt proprium officium charitatis (quamquam alioquin ipſa om-

17. *Objectio.* *Reſponſio.*

Dices, ex eodem fonte amicitia profluit, ut quæramus bonum amici, amemus præſentem, & deſideremus abſentem; ergo Spes non diſtinguitur à charitate. Reſp. iſtos actus poſſe quidem proficiſci ex amore amicitia, ex quo conſequenter poſſet proficiſci deſiderium fruendi Deo, non quatenus id ipſum eſt nobis bonum, ſed quatenus bonum & gratum Deo, ac ad gloriam ipſius. Nihilominus ſicut poſſumus amicum amare tamquam bonum in ſe, & concupiſcere tamquam bonum nobis, eumque hæc ratione abſentem deſiderare, ut ejus præſentia felices reddamur; ſic etiam Deum poſſumus tamquam bonum nobis concupiſcere, & ejus poſſeſſionem deſiderare, atque ad illum per media tendere: quod quidem non eſt proprium officium charitatis (quamquam alioquin ipſa om-

nia ſperare, omnesque virtutum actus præſtare poſſit, partim in propria ſpecie manentes imperando, partim ex motivo ſuo generali eliciendo, ſicque ad ſpeciem charitatis transferendo) ſed ſpei, quæ etiam eſt in eo, in quo non eſt perfecta Dei amicitia ſeu Caritas, prout etiam in quo charitas neque imperando, neque eliciendo prædicitæ præſtat, uti conſtat non neceſſario præſtare.

Quis ſit autem ordo inter Fidem, Spem & Charitatem diſp. 1. q. 7. dictum eſt.

De poſteriori quæſtionis parte dicendum cum omnibus Catholicis Scriptoribus, quod certitudo, competens propriè actibus intellectus, etiam per quamdam analogiam competat Spei Chriſtiana, phraſi Scripturæ, *Pſal. 30: In te domine ſperavi, non confundar in æternum & Ad Rom. 5. Spes non confundit. Ad Hebr. 6. Interpoſuit, Deus, juſjurandum, ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, firmiſſimum ſolacium habeamus, qui conſugimus ad retinendam propoſitam ſpem: quam ſicut anchoram habemus anima tuam ac firmam.* Et alibi. Idem patet ex *Tridentino ſeſſ.* 6. c. 13. *Nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tamen ſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debeant.*

Ex quibus quidem verbis etiam patet ſitam non eſſe ſpei noſtræ certitudinem in hoc, quod quilibet fidelis certo credat ſe eſſe ſalvandum, ut volunt Hæretici recentiores à *Tridentino ſuprà* notati, & alibi à nobis reſutati. Conſiſtit itaque primò in objecti ſeu boni ſperati ſoliditate & certiffima veritate; quæ alioquin deſiciente, deſereretur ſperatè in incertum ſeu vatum: prout vana & vacua eſt ſpes hypocritarum, & hominum in divitiis & vanitatibus hujus ſæculi, quæ nil ſolidæ bonitatis, ob quod à Chriſtiano amentur, habent, ſpem ſuam collocantem; qui ideo redarguntur in Scriptura *Sap. 5. Pſal. 51. & 75.*

Secundò conſiſtit in infallibilitate promiſſorum Dei, qui eſt fidelis & verax, ut patet ex relato beato Apſtoli *ad Hebr. 6.*

Tertiò in omnipotentia & bonitate Dei, qui poſſet & inclinatur dare auxilia ad bene operandum uſque in finem, ſicque bonum ſperatum, & ſub conditione bonorum operum ac perfeverantiæ infallibiliter promiſſum, reipſa conſequentem. Unde *Tridentinum ſuprà* docet firmiſſimam ſpem collocandam in divino auxilio.

Ex his itaque reſultat fidei Chriſtiana certitudo. Quæ non tollitur per hoc, quod inde non fiat quilibet certus de conſequentione boni ſperati: deſectus enim iſte oritur ex parte hominis, in implenda conditione divinarum promiſſionum deſicientis, qui proinde non obſtat ſufficienti ſpei certitudinis. Quemadmodum ſi quis propoſuiſſet reale præmium ex promiſſione infallibiliter dandum operas requiſitas ponentibus, & ad-

15. *Spem à Fide & charitate diſtinctam eſſe, probatur auctoritate.*

16. *Et ratione.*

Quamvis abſolute potuiſſet idem habitus elicere actus ſpei & charitatis; congruè tamen Deus diſtinctos infuſit.

17. *Objectio.* *Reſponſio.*

18. *Spes Theologica eſt certa.*

19. *In quibus fundatur ſeu conſiſtit Spei noſtræ certitudo.*

20. *Quæ non evenitur per incertitudinem de adhibitis perfeverantiæ mediis, quæ ex parte noſtra.*

& ad has ponendas necessaria praestare paratus esset, omnium iudicio quilibet operari volentes censentur habere spem certam praemii, etsi multi ex ignavia operari negligenter, sicque praemium non reportarent.

Fatendum nihilominus ad hoc ut spes sit undequaque certa, sic ut ipsum sperantem simpliciter certificet de obtentione boni sperati, insuper requiri, ut sperans sit certus se habiturum & perseveranter adhibiturum media efficacia ad obtentionem beatitudinis. Quae certitudo fuit in iis, qui ex divina revelatione speciali certi erant de sua salute & confirmatione in gratia.

21. Potest reprobari in eo, qui probabilis iudicatur se damnandum.

Potes, an spes certa possit esse in eo, qui probabilis iudicatur se damnandum? Resp. Affirm. quia nihilominus potest sperare, seu efficaciter contendere ad consequendam beatitudinem. Sicut viator probabilis iudicans se non perventurum ista die ad civitatem, adhuc efficaciter, immo eo sollicitius contendit eod pervenire. Est nihilominus simile iudicium periculosissimum ipsi speranti (quamquam possit esse satis solidum, & sine temeritate de nonnullis alii iudicare possint, magna securura damnationis verosimilitudinem) uti est contra iudicium seu persuasio pia obtinenda gloriae magnum praestat spei & pietatis operibus fomentum.

QUESTIO III.

De Subjecto, Praecepto, & Actibus Spei.

22. Spes subicitur in voluntate.

Ad primam quaestionis partem dicendum in primis cum communissima Theologorum doctrina Spem tum habitualem, tum actualem subjectari proximè in voluntate. Ratio est: quia Spes est habitus volitivus, similiter actus spei est quaedam volitio, qua voluntas desiderat bonum speratum: etsi praesupponat actum intellectus de objecti amari possibilitate & adipiscibilitate.

23. Arriaga contendit illam subjectari partialiter in intellectu.

Solum Arriaga d. 26. n. 14. contendit Spem involvere actum intellectus & simul actum voluntatis tamquam veras sui partes, adeoque minus bene Spem communiter poni in sola voluntate, nisi forte id intelligi debeat de praecipuo actu, id est, de amore qui haud dubie ad voluntatem spectat. Cui favore videtur communis loquendi modus, quo dicimus habere magnam vel exiguam spem hoc vel illud obtinendi: non enim interdum significare magnum vel exiguum affectum, seu desiderium quod habemus, sed magna vel exigua indicia seu probabilitatem hoc vel illud consequendi. Unde apparet in huiusmodi opinione actum spei saltem ex parte esse constituentem, adeoque ex parte subjectari spem in intellectu.

Sed si praedictus loquendi modus (qui utique postponendus est sensui & locutioni omnium Theologorum, quos iste loquendi modus non latuit) urgeatur, pariter inferri posset, Spem consistere principaliter vel adaequate in huiusmodi opinione: quod nemo dixerit, ne ipse quidem Arriaga, etsi satis propensus ad statuendum in ea principaliter spem. Solum noster Poncius d. 26. in Comment. n. 39. & seqq. disputat pro sententia ponente Spem simpliciter in praedicto actu intellectus; in eamque valde propendet, etsi tandem non resolvat. Praeterea opinio haec non est supernaturalis, sed actus naturalis, & quidem plerumque valde incertus, immo falsus: in quo proinde statui non potest, sive simpliciter, sive principaliter, sive partialiter actus Spei Theologicae seu infusae, est huiusmodi opinio connotetur seu praesupponatur, prout & actus poenitentiae connotat seu supponit peccatum esse commissum. Deinde sic actus Spei aggregatum per accidens ex actibus diversarum potentiarum. Quare praesallegato de spe loquendi modo non denotatur opinio esse ipsam spem proprie acceptam, sed ad summum improprie, vel certe indicatur intentionem sperantis esse bene vel parum fundatam, adeoque subesse fundamentum magnum vel parvum sperandi. Deinde sicut Arriaga illas locutiones explicat de actu spei minus principaliter, sic nos merito explicamus in sensu praesuppositivo, seu de connotato spei. Nec mirum: cum homines supponentes desiderium satis esse notum, solum indicare velint, quod minus noscitur, scilicet apparentiam secururae obtentionis.

24. Refutatur.

Dubitari adhuc posset, an Spes pertineat ad appetitum irascibilem, ut sentit D. Boventura d. 26. art. 2. q. 5. an ad concupiscibilem, ut sentit Scotus d. 26. n. 7. & 27. Cujus opinio magis probatur: eod quod primarius Spei actus sit concupiscere & prosequi bonum speratum; quod spectat ad appetitum concupiscibilem: cum actus appetitus irascibilis sit irasci, ira autem sit affectus propulsandi id quod offendit, aut de eo se ulciscendi. Quia tamen ex spe alicuius boni conaturaliter sequitur, ut si quid consecutionem impediatur, contra id facultas irascibilis exurgat, negandum non est, quin Spes Theologica etiam possit inclinare ad iustam aliquam & supernaturalem iram, adeoque secundum ad actum aliquem appetitus irascibilis.

25. Spectat principaliter ad appetitum concupiscibilem.

De Subjecto remoto Spei, quod sunt ipsi homines, satis constat ex disp. 1. q. 7. quid dicendum sit. Nimirum, quod habitus Theologicus spei reperitur in omni viatore iusto, aut etiam peccatore, qui illum semel obtentum per peccatum mortale desperationis, aut indirecte per peccatum infidelitatis non amisit, aut amissum rursus per justificationem; aut juxta varios per actum spei (ad cuius positionem censetur mox infundi habitum proportionatum; de quo disp. 1.

26. In quibus vincitur sit Spes.

disp. 1. quæst. 6. actum est) recuperavit.

27.
In quibus
sit post hanc
vitam.

Post mortem autem manere habitum spei in animabus purgatorii similiter constat. Immo etiam exit in eis in actus proportionatos: quamquam de his nonnulli dubitent, an sint vocandi nomine spei, quasi illud importet seu connotet incertitudinem aliquam consecutionis seu futuritionis. Quod facile negatur, uti negatur à multis asserentibus certitudine non tolli spem, sed anxietatē. Inde & dicitur in limbo constitutis *Sap. 3.* dicitur: *Spes illorum immortalitate plena est.* Et eo admissio, adhuc saltem essent juxta *Arriaga* actus spei in iis, quibus tempus liberationis est incertum.

In damnatis quoque constat spem non manere. De Beatis denique constat apud omnes, non manere actum spei circa primum obiectum, utpote jam præiens & possessum à beatis: adeoq; nec manere habitum quoad nomenclaturam & officium sperandi. An autem maneat habitus spei quoad substantiam, ut scilicet ibi exeat in actus intentionis, quā beati Deum tenet seu quiescunt in eo possessio, est controversum. Communior sententia *D. Thoma, D. Bonaventura* & aliorum (quam etiam præfert *Scorus d. 31. n. 2.*) habet, quod non maneat: etsi oppositum (quod varii Recentiores tenent) non sit impossibile; nec possit efficaciter convinci. Vide dicta *disp. 1. q. 7. n. 83.*

28.
Præceptum
spei aliud
negativum,
pro semper
obligans.

Affirmati-
vum aliud.

Circa secundam quæstionis partem considerari potest duplex præceptum, affirmativum scilicet & negativum. Et de hoc quidem constat illud pro semper & ad semper obligare, cum eo prohibeatur desperare de divina misericordia & consecutione vitæ æternæ. Extare quoque præceptum affirmativum spei, consentiunt satis Doctores, eò quod tam sollicitè Spes commendetur in Scripturis, & fides remuneratoris ad salutem necessaria sit ex Apostolo ad *Hebr. 11.* utique sit inde consequatur Spes remunerationis hominem in bono firmans.

Quando
obliget in
directè.

Ad tempus obligationis quod attinet, certum in primis est, ipsius obligare indirectè, saltem quoties sine actu spei debita oratio, poenitentia, & tentationis victoria obtineri non potest: quia præceptum obligans ad aliquem finem, obligat simul ad ponenda media necessaria ad illum finem. At hæc obligatio non tam est ex præcepto spei, quam ex præcepto poenitentia, orationis, & tentationis vincendæ; ac proinde ejus omisso non est specialiter contra spem, sed contra poenitentiam, vel aliam virtutem, puta cui repugnat peccatum per spem vitandum: & ita non est in confessione manifestanda.

29.
Quando
directè.

De directa autem obligatione spei, Varii censent eam adesse, cum primum assequitur quis usum rationis. Verùm hæc

obligatio non est satis fundata. Et gratis concessa obligatione tunc se convertendi ad Deum, ea non esset directa ipsius spei; immo nec indirecta, utpote cui, possit satisfieri per conversionem aliam, quam spei, puta charitatis. Alii determinant tempus, quo gravior quis vexatur tentatione desperationis, non vincendā, nisi animo spei firmato; tunc enim quis tenetur sperare eodem præcepto, quo tenetur non desperare. Sed & hæc obligatio indubitata quidem est, sed potius spectat ad præceptum negativum spei. Deinde quis determinabit, quando sperare sit medium necessarium ad non desperandum? cum aliis mediis possit plerumque tentatio hujusmodi superari, v.g. precibus, charitate, diversione imaginationis &c. Alii determinant tempus, quo quis obligatur aut vult aliquid à Deo petere, eò quod non videatur posse debite peti, sine spe consequendi. Verùm etiam tunc solum esset obligatio indirecta spei. Deinde sufficeret actus spei implicitus seu virtualis: potest enim quis ex amore amicitia aliove honesto sine aliquid petere, & desiderare consecutionem.

Quocirca *Snarez disp. 2. de Spe sect. 1. n. 3.* censet tempus hujusmodi præcepti non esse determinatum, sed prudentis arbitrio determinandum, nec actum spei longiori tempore differendum. Immo Nonnullis non satis clarè apparet, esse strictum præceptum ipsius actus formalis spei, cui non possit satisfieri per actum charitatis seu æquivalentem. Et eo dato, non est periculum morale transgressionis: cum moraliter non reperiantur Christiani, quin frequenter satis actum spei eliciant. Qui etiam regulariter concurrunt in dispositione ad justificationem. Ex consideratione similiter vitæ æternæ frequenter fideles operantur, à peccatis desistere proponunt &c. quamquam in perfectionibus præsertim simul concurrere solet motivum charitatis. Sanè consideratā fragilitate nostra, ac tot difficultatibus & peccatorum occasionibus, quæ in vita occurrunt, vix fieri potest, ut sine spe retributionis, & quidem repetitâ, debite & perseveranter operemur, ac peccata divitemus.

De tertia quæstionis parte satis comperitum est, ad spem Theologicam pertinere omnes actus, quibus fideles expressè intendunt prosequi beatitudinem, aut mediâ in ordine ad illam consequendam adhibere, dum videlicet ejus intuitu proponunt instituire sanctam seu meliorem vitam, quærere occasiones rectè agendi, & meritorie operandi ac merita augendi, dum desiderant veniam, & remissionem peccatorum, & alia ad beatitudinem ejusque incrementum conducentia idcirco adhibent. Idemq; est de spe mercedis aut bonorum temporalium, si ea

30.
Quid tan-
dem dicitur.

31.
Ad finem
qui actum
consequitur
nisi spei.

si ea Considerentur, tamquam conducentia ad beatitudinem, prout à Christiano considerari debent. At si ex nulla relatione ad beatitudinem tale desiderium procedat, non credit *Castro Palao, disp. de Spe Puncto 3. n. 5.* pertinere ad spem Theologicam. Addit *Suaréz disp. 1. de Spe scilicet 5. in fine,* si hujusmodi desiderium nitatur divinâ promissione, & à Deo ut auctore gratiæ speretur, pertinere ad spem.

Præter actus prosecutionis sunt quoque actus fugæ mali oppositi disconvenientis, qui spectant ad eandem virtutem, cujus est amare bonum & odisse malum oppositum sub eadem ratione. Quâ ratione voluntas detestatur & fugit carentiam beatitudinis, & peccata, occasionesque peccandi, aliave, quæ sunt beatitudinis impedimenta. Unde est attritio de peccatis commissis tamquam destructivis gratiæ, quæ est semen gloriæ, adeoque tamquam oppositis consecutioni ultimi finis. Inde etiam nascitur timor peccandi, ne beatitudinem amittamus. Sed quia de timore particularis hîc solet quæstio institui à Theologis, sit.

QUÆSTIO IV.

De Timore.

TIMOR est fuga mali imminentis, eaque vel sumitur pro odio seu aversione voluntatis à tali malo, vel pro passione consequente. Quemadmodum tristitia est aversio à malo præsentis; vel, fumendo eam pro passione, consequens quædam lucta animi cum malo præsentis. Unde passio timoris & tristitiæ supponit actum aversionis seu detestationis, sicut passio gaudii actum amoris. Immo timor mali ordinariè supponit in nobis amorem boni oppositi: eò quod experientia doceat nos, quia mala vitæ ac timere, quorum opposita bona amamus; idque eò magis, quod hæc magis amamus. Ut rectè dixerit *Augustinus l. 83. 99.* 9. 33. *Nulli abire est, nisi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratum.*

Appellari autem solet timor alicujus, vel tamquam objecti mali quod imminet, vel tamquam causæ inferentis malum, vel tamquam personæ per malum offendendæ. Sic timetur poena tamquam malum imminens, iudex tamquam malum poenæ inferens, pater tamquam offendendus per malum seu culpam commissam. Hæc itaque ratione in Scripturis frequens est mentio timoris peccati, gehennæ, & ipsius Dei seu Domini. Nam peccatum & gehenna est malum quod timemus; Deum autem timemus tamquam iudicem justè gehennam minantem, & eundem tamquam peccatis nostris offendendum, cujus proinde amici-

tiam timemus per ejus offensam amittere, quod est timere peccatum quatenus est offensa Dei.

Dividitur Timor (subintellige à peccato retrahens aut ad illud inducens) à *Timoris distinctio.* *D. Thoma 9. 19. art. 2.* & aliis communiter in Mundanum, Servilem, Filialem & Initialem. Timor mundanus est juxta *Nonnullos*, quo timemus incommoda temporalia, ideoque à peccato abstinemus. Estque frequenter timor iste conjunctus affectui erga peccata, sive ipsi peccatis, præsertim occultis & internis, in quibus consideratio humanorum respectuum non habet locum. Aliter dicit ordinariè hic timor explicari, ut sit immoderata fuga malorum temporalium, v. g. paupertatis, ægritudinis, mortis &c.; quatenus ea sic timentur, ut ad eandem vitanda eligatur peccatum. A quo timore nos dehortatur Scriptura *Matth. 10: Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* & alibi. Oriturque ex nimio rerum mundanarum affectu seu amore: cum quo sortitur eandem moriter malitiam, fundatam in eo, quod voluntas inordinatè tendat in bona creata, & implicite velit peccatum, quatenus ne creato bono privetur, eligit peccatum, tamquam medium. Unde est eadem malitia, quæ peccati, quod eligitur, vel cujus patrandi periculo metuens exponitur; v. g. amor pecuniæ & nolitio amittendi habet malitiam perjurii, si propterea quis paratus sit pejerare.

Timor servilis est timor poenæ à Deo infligendæ, ratione cujus consequenter timetur seu fugitur ipsum peccatum. Dicitur servilis, quia timens habet se instar servi horrentis plagas, quas dominus servis fugitivis & inobedientibus intentare solet. De quo dicitur *ad Rom. 8. Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore &c.* In hoc timore consideranda est ipsius timoris substantia, quæ bona est, & servilitas, quæ aliquem defectum seu carentiam perfectionis importat, consistentem in absentia affectus erga bonum honestum propter se aut propter Deum.

Timorem hanc *Lutherus* infectatur tamquam malum & peccaminosum, quod in eo involvatur voluntas peccandi, si poena non esset. Et quidem fatendum est hujusmodi voluntatem conditionatam, quæ peccaminosa est, interdum esse adjunctam, præsertim si diuturno tempore nullus sequatur affectus honestatis seu amor justitiæ. Ob quod etiam *Augustinus* frequenter arguit peccati eos, in quibus solum est timor poenæ sine ullo amore justitiæ, veluti non carentes voluntate peccandi, si peccare possent impunè. Nihilominus etiam tali casu non est malitia in ipso timore, sed in adjuncta peccandi voluntate. Deinde hæc voluntas non necessariò adest; immo plerumque ne quidem adest cogitatio de eo, quod ageret voluntas in casu conditionis impossibilis.

35. *Timoris distinctio.*

36. *Quid sit timor servilis.*

37. *Ei interdum jungitur voluntas peccandi.*

38. *Quæ timorem non inficit, nec necessariò adest.*

32. *Qualiter & qui actus fuga.*

33. *Quid sit timor.*

34. *Supponit ordinariè amorem boni oppositi.*

35. *Timor dicitur alicujus, si mali, tum personæ, & non male, etiam Dei.*

*Immo per
timorem ef-
ficacem ex-
cluditur.*

filialis, quo scilicet poena non esset. Ipla quoque ratio timoris, si absolutus & efficax sit, hanc potius voluntatem conditionatam excludit, utpote æque causativam poenarum inferni, quæ timentur. Denique dum timorem hujusmodi Deus immittit, non intendit, ut ibi peccator sistat, sed ad Deum de peccatis dolendo confugiat.

38. *Gehenna
metum ef-
ficacem &
salutarem
ostenditur
ex Triden-
tino.*

Unde *Tridentinum sess. 6. c. 6. merito docet peccatores divina justitia timore utiliter concuti. Et Can. 8. dicit anathema asserentibus, gehenna metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere. Et sess. 14. c. 4. detestationem peccati, quæ ex gehenna & poenarum metu concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe venia; declarat, non solum non facere hominem hypocritam & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse & Spiritus sancti impulsus, & ad Dei gratiam in Sacramento disponere.*

Scripturâ.

Idem apertè traditur in Scriptura, nos invitante ad hujusmodi timorem *Luca 12. Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. & alibi. Eumque esse à Deo significatur ad Rom. 8. Non accepistis, Christiani, sicut antea Judæi, à Deo spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis à Deo spiritum adoptionis filiorum.*

*Et Patri-
bus.*

Consonant quoque Patres, *Augustinus in Psal. 127. ubi ait: Timet ne mittatur in gehennam: bonus est & iste timor utilis est. Et lib. de Catechizandis rudibus c. 5. De ipsa (inquirit) etiam severitate Dei, qua corda mortalium saluberrimo terrore quatuntur, charitas adificanda est &c. Chrysostomus Hom. 15. ad Populum Antiochenum inter alia plura dicit: Hujus gehennæ metu nil utilius. Et infra: Nisi bonus esset timor, non multos impendisset Christus sermones & longos de illa poena & supplicio loquens.*

39. *Ac denique
ratione.*

Ratio etiam docet, non nisi honestum esse peccatum timere seu fugere ob poenas à justo iudice infligendas: qui cum eas ob sola peccata insisteret, patet talem rationem ex se non nisi ad fugam mali, sed detestationemque virtutum posse incurrere. Est quidem timor fuga proprii incommodi, uti spes amor proprii commodi, sed ardua satis & difficilis, ob connexam observantiam mandatorum, excitans ad fugam omnis peccati. Quod si verò poena præcisè consideretur, quatenus malum efficiens sensum nostrum abque altiori respectu, est quidem affectus valde naturalis; uti valde naturale est horrere corporale incendium: quamquam & hic, ratione fidei, quâ dirigitur, ac Spiritus sancti, à quo excitatur, & finis, ad quem dirigitur, posset esse supernaturalis quoad modum. Deinde fugere malum corporale quatenus malum proprium, quod nulla ratio dicat amplectendum, videtur amor proprius honestus, sicut velle sibi aut proximo bonum; præsertim

quando fuga ista est ardua, habentque annexam fugam peccati. Filio minus timor iste in Christianis habet altiorem regulariter respectum, ad Deum nempe ejulque justitiam, ad beatitudinem quâ privat &c. Vide dicta *Tract. de Lib. arbit. & Act. hum. disp. 1. q. 3. Et Tract. de Sacram. Pœnit. disp. 2. q. 3.*

Timor filialis, qui & castus, ingenuus, sanctus &c. vocatur, est, quo quis metuit peccatum tamquam Dei offensam. Dicitur filialis ob similitudinem cum timore, quo filius ingenuus timet offendere bonum patrem, quem diligit, non ob securam poenam aut præmium, sed quia offenderet patrem. Quare hic timor sumptus pro passione, consequitur actum voluntatis, qui elicitur ab habitu charitatis, quo voluntas fugit malum culpæ imminens tamquam offensivum optimi patris & summè amabilis. Amantis est enim filii fugere quæ patrem offendunt, ac generatim quidquid ei malum est aut displicet, sicut amplecti ac desiderare quod ei bonum est ac placitum. Timor autem sumptus pro actu, elicitur à charitate, sicut contritio justis: ex eodem enim fonte charitatis quærit justus bonum & gloriam Dei, de obtenta gaudet, de malo præsentis tristatur, imminens Deo timet & conatur avertere.

At *Esaius 3. d. 34. S. 5.* ad timorem filialem etiam refert illum, quo quis reveretur Deum tamquam supremum omnium Dominum ac peccatorum justissimum vindicem. Sed timor divinæ justitiæ communitè potius accensetur timori servili; quo timentur poenæ, utique tamquam à justo iudice infligendæ. Quemadmodum etiam timor poenæ damni, seu amissionis præmii æternæ beatitudinis, non accensetur timori filiali (nisi procedat ex radice charitatis, quæ horret separationem ab amico) sed servili; vel est ei affinis, & à Nonnullis dicitur mercenarius, instar spei.

Timor initialis inter servilem & filialem medius est, retrahens à malo, & impellens ad bonum, partim timore poenæ, partim amore justitiæ. Unde est filialis, quia respicit offensam Dei, quâ talem; connotat tamen frequentiam motuum timoris servilis. Dicitur initialis, quia convenit statui incipientium vitam spiritualem & servitium Dei, qui partim amore Dei bene operantur, partim etiam timore poenarum refrænantur ab illicitis.

Quæritur autem, an timor misceatur crescente charitate? Responderi solet, minus servilem, non quoad habitum (qui bonus est, nec contrariatur habitui vel actui charitatis) sed quoad actus: tum quia justus non ita timore supplicii, quam amore justitiæ solent moveri; præsertim qui in charitate aliquotusque sunt provecti: tum quia charitas generat quietam conscientiam, & auget fiduciam de divinæ benevolentia & auxiliis,

40. *Timor filia-
lis quid.*

41. *Timor di-
vina justiti-
æ & poen-
æ damni, quo
mensura di-
stincatur.*

42. *Timor ini-
tialis quid.*

43. *Timor ser-
vili qui
misceatur
crescente
charitate.*

auxiliis, ac securam gloriã, cuius charitas est semen & quasi arbor, sicque anxietates pleurumque minuit. Immo est iusti poenas interdum timeant, non tamen ita quatenus poenã sunt, quã quatenus per illas separarentur ab unice dilecto. Unde Augustinus Tract. 9. in Epist. 1. Joannis ait: *Timor est feta introducens linum charitatis, aũ cuius introductionem exit.*

44. An vel qui ea crescente crescat timor filialis.

At timor filialis potiùs crescit, crescente charitate, juxta Doctores communiter: eò quòd sit effectus ipsius charitatis. Indeque fit, quo quis alium magis diligit, eo amplius esse sollicitum, ne quid mali ei accidat. Dilectores quoque Dei magis ponderant ac æstimant majestatem Dei, ac gravitatem divinã offensã: unde nascitur major sollicitudo cavendi offensam. Verùm quidem est crescente charitate minui ipsum peccati periculum: est enim in se minuatur radix timoris, quatenus dicitur anxietatem nimiam, quæ per charitatem non parum sopitur mediante fiducia de obtenta & non amittenda divina amicitia: tamen non omnino tollitur peccati periculum, cum etiam iustis dicatur: *Qui stat videat ne cadat; & cum timore & tremore salutem vestram operamini.* Deinde radix anxietatis aliunde augetur, quatenus in iustis crescit æstimatio magnitudinis culpæ: unde fit sanctos majori sollicitudine fugere culpas etiam veniales, quã multi mortales. Magnitudo itaque mali cognita est nata supplere, quod deest ex parte periculi.

45. Timor quo sensu non fit in charitate.

Dum autem 1. Joan. 4. dicitur: *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem* (ut alias expositiones omittam) est sermo de timore servili: generat enim charitas bonam conscientiam, & pacẽ cum Deo: quam qui habere se confidit, non timet damnari ob peccata præsentia, utpote subleat: sicut timet, qui scit se esse peccatorem. Quamvis possit adhuc esse locus timori poenæ, partim quatenus quis non ita plenè confidit de sua charitate & bono statu, partim quatenus potest timere, nequandò in peccata relabatur, & sic poenam incurrat, partim quatenus potest timere poenã temporales ordinariè restantes. Videri potest *Estius in d. l. cum.*

46. Timor servilis non manet in Beatis, Immo nec filialis proprie quoad animam.

Queritur II. an timor maneat in Beatis? Resp. non manere in primis timorem servilem: quia beati non timent gehennam, utpote sibi non imminentem, immo impossibilem. Similiter non manet timor filialis quoad actum (quoad habitum, qui est charitas, manet indubiè) consistentem in fuga culpæ imminenti: cum hæc iis non imminet, immo sit impossibile. Possunt nihilominus timere culpam & poenã hominum viatorum, utpote iis adhuc imminentem, adeoque & malum extrinsecum Dei, quod ex peccatis nostris ei imminet: quamquam sine perturbatione & imperfectione afflicta, quæ timor pro hoc statu comitatur.

Herinc Sum. Theol. Pars III.

Præterea in Beatis est actus perfectissimi odii & aversionis à culpa seu offensa Dei. Et secundum hoc verificari potest, quod *Timor Domini sanctus sit permanens in seculo seculi, Psal. 18.* Unde Augustinus 14. de Civit. c. 9. Hunc actum (qui tamen non est proprie dictus timor) intelligit nomine casti timoris dicens: *Timor ille castus permanens in seculum seculi, si erit & in futuro seculo, non est timor exterrrens à malo, quod accidere potest, sed tenens in bono, quod amitti non potest: ubi enim boni adepti timor immutabilis est, profecto, si dici potest, mali cavendi timor securus est. Timoris quippe casti nomine ea voluntas significata est, quã nos necesse erit nolle peccare, & non sollicitudine infirmitatis, ne forte peccemus, sed tranquillitate charitatis, cavere peccatum.*

Præsentis filialis.

47. Timor reverentialis qui manet in Beatis.

Denique in Beatis est quidam timor reverentialis, quo Beati considerantes infinitam Dei majestatem, suamque vilitatem ac velut nihilitatem, summã animi submissiõne Deum intuentur ac venerantur, & cum maxima reverentia ei assistunt, cum quadam quasi fuga curiã investigationis tantæ majestatis. Qui quidem actus spectat ad religionem & humilitatem secundum varias consideraciones, potestque etiam imperari seu procedere à charitate. De hoc timore loquitur Ecclesia in Præfatione Missæ: *Tremunt potestates, angelicæ scilicet.* Sic etiam in illo ad Rom. 13. *Cui timorem timorem, juxta genuinam expositionem Chrysostomi intelligitur nomine timoris ipsa reverentia.*

48. Quo sensu initium sapientie fit timor Domini.

Queritur III. Quo sensu dicatur: *Principium sapientie timor Domini Proverb. 1.?* Similis est sententia Eccli. 1. & Psal. 110. Resp. Nonnullos id exponere de timore filiali, qui est caput seu principalis pars (Hebræa enim vox significat, tam caput seu principium, quã initium) sapientie. Vera enim sapientia, complectens cognitionem & amorem Dei principaliter consistit in amore; timor autem filialis est verus amor seu charitas. Unde Job 28. dicitur: *Timor Domini ipsa est sapientia.* Et Eccli. 1. post præmissam sententiam subdit: *Plenitudo sapientie est timere Deum.* Accedit, quòd timor Domini castus si iste occupaverit cor hominis, causet in eo fugam peccatorum, & omnis boni Deo placetis executionem; quod ipsum est summa veræ sapientie. At Augustinus Tract. 9. in Epist. 1. Joannis, cumque secuti Prosper, Gregorius, Beda, Bernardus, Magister & Scholastici passim, intelligunt prædictam sententiam de timore iusti iudicis seu servili, qui est initium justificationis quantum est ex parte actuum voluntatis fidem sequentium, & disponit ad sapientiam seu charitatem. Utrius autem modo intelligatur, dictum Scripturæ verissimum est.

QUESTIO V.

De Desperatione.

49.
Describitur
desperatio.

DESPERATIO est voluntaria & deliberata depositio seu abjectio omnis spei consequendae beatitudinem, aut media necessaria ad illam, v.g. veniam & remissionem peccatorum seu justificationem, perseverantiam, divinam misericordiam &c. perinde ensu est ad rationem peccati desperationis, sive desperet quis de beatitudine sub tali conceptu, sive de medijs quae sunt necessaria. Quae desperatio est omnimoda & voluntaria defectio à spe, estque actus voluntatis, quo quis non vult proficere beatitudinem aut in eam tendere. Quemadmodum enim spes est desiderium consequendi beatitudinem, aut adhibendi media ad illam, sic directè ei opposita desperatio consistit in nolitio prosecutionis, seu beatitudinis ut per media obtinendae, quam beatitudinis ut sic: eod quod desperantes non soleant odisse directè ipsam beatitudinem secundum se, quae summè desiderabilis est, sed indirectè, quatenus non volunt eam proficere per media, in quibus adhibendis videlicet est difficultas, & oppitendis seu nolendis facilitas, grata naturae corrupta. Quare idem cernitur in desperatione de alijs bonis v.g. divitijs &c. dicitur enim quis de ijs desperare, quando sive ob molestiam, sive ob incertitudinem positivè desistit ab adhibitione mediolorum, nolens ea amplius adhibere, & per consequens indirectè nolens finem, etsi alioquin eum optaret, seu in eo sibi complacere.

Et amplius
declaratur.

50.
Est in voluntate.

Non coincidit cum iudicio securae damnationis.

Hinc colligitur desperationem esse in ipsa voluntate: in qua utique residet spes opposita, & tota culpa, quae in hac materia reperitur. Ideoque iudicium, quo quis putat se non obtenturum beatitudinem, non est propriè desperatio, etsi sit quid praerium & inducens ad desperationem. Immo cum tali iudicio, saltem non planè firmo, sed formoloso, potest consistere actus spei, quo quis nihilominus velit contendere ad beatitudinem, si forte sit locus misericordiae. Uti nec desperaret, qui edoctus divino oraculo de futura damnatione, adhuc vellet, quantum est in se, adhibere omnia ad salutem media; quae ex obligatione adhuc adhibere teneretur.

51.
Iudicium
qui formandum de tentationibus
contra spem.

Diximus autem requiri defectum à spe voluntarium & deliberatum; idque ob tentationes violentas, afflictiones graves, moestitias inconsolabiles, quibus interdum animae cruciatur, ita ut omni spe destitutæ videantur: haec enim sunt timores potius & angustiae excitatae à dæmone, vel ex turbatione, aut etiam complexione me-

lancholica provenientes absque ullo vero & deliberato voluntatis consensu. Super quibus prudenter invigilare debent confessarii & animarum directores: ex defectu enim debita directionis gravissimi & horribiles interitum casus eveniunt. Pleurumque autem peccata non sunt, aut tantum venialia; plerumque ex vacuitate cerebri pura deliria sunt.

Contra tentationes porrò in materia spei, praesentissimum & velut unicum remedium est, non obstantibus quibuscumque argumentis & suggestionibus inimici, agnoscere suam infirmitatem & demerita, suisque viribus & operationibus diffidendo totum se projicere in sinum bonitatis & misericordiae Dei, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat, & cuius misericordia superat infinitè omnem nostram miseriam ac peccata. Distinguenda tamèn est ab animarum directoribus tentatio dæmonis à tristitia & desolationibus, quae nonnullis accidit ex atra bili, & humore melancholico praedominante; unde causantur foetae imaginationes, quibus sibi mortem inferre proponunt, & aliquando inferunt. Quae quidem tædia sunt quaedam maniae & species amentiae; effectusque sequentes sunt deputandi maniae, & procedunt ex perturbatione iudicii & rationis. Unde tales juvenandi sunt arte medicâ, industria & praevensione. Et si mania seu perturbatio iudicii sit notabilis, effectus praedicti sunt excusati à culpa, praesertim gravi. Unde juxta *Marchant to. 2. Traët. 2. Tit. 3. quest. 5. in fine*, neque poenis desperatorum plecendi sunt, v.g. cadaverum in publica furca expositione &c. nisi (inquit) fortè ad exemplum in horrorem facti expedire iudicaretur. In foro porrò externo praesumitur delictum, nisi sint indicia in oppositum. Unde mores nostri cadavera hujusmodi in furcam agunt, nisi arguantur phrenesi aliquâ capti, aut non fuisset satis compotes mentis, similive causa affecti, juxta *Zypaeum in Notitia Juris Belgici lib. 9. Tit. de fœnis §. De his qui sibi mortem consciverunt*.

52.
Quae contra illas remedia.

Et varijs porrò captibus nascitur desperatio; scilicet ex eo, quod desperans putet Deum non posse aut non velle ipsum salvare, se esse reprobatum à Deo, sua peccata esse irremissibilia, seu se non obtenturum veniam, nec Deum eis de facto miseraturum; aut quia putat ex pusillanimitate se non emendandum, aut certè non perferendum in bono ob difficultates & tentationes, adeoque se non coöperaturum in necessarijs ad emendationem aut perseverantiam; vel ex impatientia & accidia, quâ horret difficultates & labores, ob quos non vult anhelare ad caelum velut nimis arduum; vel denique ex luxuria & voluptatibus.

53.
Varijs rationibus
desperatio.

tatibus carnis, quibus fit, ut animus plane carnalis effectus non aestimet caelestia, sed relinquat caelum cali Domino, nolens ad illud aspirare contentusque carnis & mundi voluptatibus.

54. Quando concurrat iudicium infidelitatis, quando non.

Unde patet aliquando concurrere in desperatione iudicium infidelitatis contrarium fidei, adeoque ejus expulsiuum (si pertinax sit) quando videlicet desperans iudicat non dari beatitudinem futuram, Deum non posse salvare aut peccata remittere, se esse ante praevia demerita reprobaturam, suam obdurationem locinam gratiam vinci non posse, non esse locum commisioni peccatorum quae commisit &c. Alias autem non, quando nimirum desperans deponit spem salutis aut veniae peccatorum, eo quod iudicat ex conjecturis se esse reprobum seu non praedestinatum, se ob ingratitude & peccata nimia destitutum auxilio congruo, vel quia animo despondit ob inveteratam peccandi consuetudinem, adeoque tædet eum resistere passionibus ac tentationibus, indeque de salute desperationem concipit.

55. Quam periculosum & grave sit peccatum desperationis, declaratur.

Estque peccatum hoc periculosissimum: desperantes enim solent laxare fræna omnibus vitis, dum nil superest, quod eos avertat à malo & ad bonum convertat, non amor, non timor, non praemium, non supplicium; quin potius à desperatis (ut loquimur) agunt, cogitantes parum esse, quod in inferno nihilominus ardui, peccata multiplicent, ad tempus fructuri miseram peccati voluptate. Unde ex desperatione in furtis, latrocinia, libidines horribiles, homicidia &c. labuntur, atque frequenter laqueo aut aliis mediis vitam sibi tandem adimunt. Hinc Apostolus ad Ephes. 4. scribit: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem omnis immunditiae in avaritiam. Et Jeremia 18. ex persona eorum dicitur: Desperavimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus. Ex objecto tamen est peccatum minus odio Dei, majus infidelitate: quamquam hæc possit juxta Varios aliquando desperationem excedere.

56. Revelari absolute potest alicui futuram damnationem.

Unica restat difficultas an licitum sit desperare ei, cui damnatio revelaretur? Ubi supponendum cum communi doctrina contra S. Bonaventuram 1. d. 48. in Expos. Textus non implicare, ut hujusmodi revelatio fiat. Quemadmodum de facto innotescit damnatis perpetuas damnationis, & innotescere potuisset omnibus lapsis, si Deus statuisset nemini dari gratiam penitendi. Nec aliunde ostendi potest ratio implicantiae. Quamvis de facto non reperitur facta ejusmodi revelatio. Et si quæ fieret, accipienda foret in sensu comminatorio, uti similes pœnarum infligendarum revelationes, nisi evidenter constaret esse absolutam; praeteritum cum minus congruat

pietati divinae ejusmodi revelatio. Hoc itaque supposito

Plures simpliciter censent talem licite desperare seu nolle prosequi beatitudinem, utpote ei impossibilem, uti est & spes ejusdem. Sed ut distincte res ista enucleetur, statuendum in primis est, talem licite formare iudicium de non securitate beatitudinis, immo peccare iudicando oppositum, utpote contra Num revelationi. Unde etiam licite tristaretur de tanto malo certo imminenti, ac jam velut praesenti. Non foret tamen licitum tali averti à Deo tamquam bono suo, ipsum abominando; beatitudinem contemnendo, tam rebus creatis postponendo, aut optando eam carere: ad tales enim actus non cogit praesupposita revelatio; & ipsi alioquin sunt ex se inordinati, cum in ejusmodi objectis non sit ulla ratio repudiandi aut contemnendi, quin potius summa ratio concupiscendi. Non esset quoque licitum tali homini committere aliquid novum peccatum, ne illud quidem ob quod est damnandus: nam revelatio ista non praedeterminat ipsius libertati, uti nec divina praesentia sine revelatione, vel revelatio facta alicui tertio de ipsius damnatione. Quemadmodum etiam si cui revelaretur proprium peccatum futurum, teneretur adhuc abstinere & vitare. Solum igitur quaestio est, an possit eligere actum desperationis, an potius possit & debeat adhuc sperare.

57. Supposita absolute revelatione liceret iudicium contra formam, tristicium de non securitate beatitudinis.

Non tamen abominatio illius aut vilipensio.

Via nec peccatio peccati, etiam illius ob quod talis foret damnandus.

58. Desperatio licita foret ei, cui damnatio revelaretur ob peccatum commissum negato auxilio penitendi.

Resp. I. Si cui damnatio reveletur incurrenda ob peccatum jam commissum, unum vel plura, cum denegatione omnis gratiae etiam sufficientis ad penitendum, non possit talis sperare, sed possit desperare, seu nolle prosequi beatitudinem, aut ad ejus assecutionem contendere, utpote impossibilem, cognitam ut talem. Nec tali casu in hac nolitione foret aliqua turpitudine, cum esset nolitio rei inutilis & impossibilis, pro ut esset prosecutio beatitudinis. Immo velle eam prosequi esset malum. Deberet tamen vitare, ut dictum est, nova peccata. Desinereque in tali ex parte conditio viatoris, quatenus non possit amplius contendere ad finem suum, etsi possit augere damnationem.

59. Secus, si hoc ad sufficientiam non desit, aut revelatio fuerit in peccato futuro.

Resp. II. Si cui damnatio revelaretur incurrenda ob peccatum futurum, vel ob praeteritum, unde potest cum auxilio sufficienter subministrando resurgere, non possit desperare, seu nolle contendere efficaciter quantum est de se ad beatitudinem, sed potius teneretur ad eam contendere peccato futuro. Adeoque teneretur confiteri & penitere de peccato, ob quod est damnandus, illudque necdum commissum vitare, conformiter ad ea quae diximus Tract. de Act. Hum. disp. 3. q. 10. Ratio est: quia teneretur adhuc velle adhibere omnia media ad beatitudinem, specialiter autem non ponere, vel e contra teneretur tollere

Si que talis rei revelatio fieret, accipienda in comminatorio.



tollere unicū beatitudinis impedimentum, scilicet peccatum; adeoque impedire consequentem damnationem: ergo tenetur pariter contendere ad ipsam beatitudinem. Deinde vi revelationis, utpote consequentis futuritionem peccati finalis liberè ponendi, non redditur beatitudo impossibilis; uti nec vitatio peccati cum omnibus circumstantiis prædicti; ergo sicut manet obligatio hoc vitandi, ite & beatitudinem prosequendi.

Nec obstat, quòd certò sciatur non futura; sufficit enim, quòd sciatur esse possibilis, aut certè futura, si media adhibeantur, quæ non obstante revelatione possunt & debent adhiberi.

60.
An talis dici possit sperare,

An autem desiderium hujusmodi beatitudinis dicendum foret spes propriè dicta, est quæstio de nomine. Plures tamè requirunt ad hoc, quòd actum voluntatis præcedat iudicium de apparèti saltem futuritione effectus; quòd non consistit cum iudicio infallibili opposito. Unde desideraret quidè talis beatitudinem per actum à Spe elicitum, non posset tamè sperare beatitudinem tamquam futuram; quin immo peccaret, ut patet. Ac proinde posset hanc ratione desperare, id est, nolle prosequi beatitudinem tamquam simpliciter futuram in sensu composito. Ex quibus manet tota hæc res sufficienter enucleata.

QUÆSTIO VI.

De Præsumptione.

61.
Præsumptio nis multiplex acceptio.

PRÆSUMPTIO aliquando sumitur pro iudicio intellectus ex conjecturis formato; quæ stylo Iurisperitorum interdum generant præsumptionem levem, interdum probabilem, interdum vehementem aut violentam. Aliquando etiam sumitur pro spe valida divini auxilii. *Judith 6. & 9.* Aliquando pro motu voluntatis, quo quis se extendit ultra jus seu potestatem, vel vires. Sic in Canonicis puniuntur, qui præsumperint hoc vel illud attentare, & vulgò dicuntur multa præsumere, qui sine facultate attentant ad ea agere. Estque circumstantia aggravans delictum; quòd ex præsumptione fit. Similiter dicitur quis præsumere, dum quòd ingenium, artem, robur corporis superat, aggredi tentat. Qui quidem excessus in quavis materia locum habere potest; & quatenus in operibus magnificis versatur, opponitur magnanimitati. Plerumque etiam est superbia, aut ex eo oritur.

62.
Præsumptio per excessum opposita Spei quid.

In præsentī verò sumitur pro immoderantia quadam Spei Theologicae cui per excessum opponitur. Estque spes quadam immoderata, nempe (ut Doctores conveniunt) actus voluntatis proponentis ad gloriam, gratiam, aliave dona supernaturalia ad gloriam conducentia pervenire ab-

que mediis à Deo ordinatis. Unde opponitur spei, quæ est voluntas obtinendi à Deo gratiam & gloriam mediis ab ipso institutis. Estque adeò gravissimum peccatum, sic ut non nisi defectu perfectæ deliberationis excuset à mortali.

Contingit autem præsumptio primò, si quis præsumat cum Pelagio iustitiam & beatitudinem consequi viribus naturæ. Secundò, si cum recentioribus Novatoribus quis præsumat iustitiam & gloriam consequi solà fide speciali sine bonis operibus. Quarum utraque supponit infidelitatem, seu iudicium hæreticum. Prior autem ex objecto est gravior velut derogans æstimationi beatitudinis & ipsius Dei, quasi non excedentis vires naturæ, nec non meritis Christi, & gratiæ redemptoris, quo ita præsumens se non indigere quasi gloriatur. Posterior tamen est periculosior, veluti laxas habenas peccatis. Ad priorem quoque præsumptionis speciem spectat illa, quæ quis spem suam inordinate collocat in creaturis, quasi sufficientibus eum perducere ad salutem: quæ tamen sine speciali Dei adiutorio obtineri nequit. Licet tamen est in creaturis tamquam coadiuvantibus, modo per ipsum Deum ordinato, sperare; prout speramus in orationibus Sanctorum vivorum & mortuorum, quos in adiutorium secundarium & spei nostræ adminiculum juxta ipsius Dei voluntatem imploramus.

Præsumptionis utraque species præmissa destruit spem, indirectè saltem, quatenus nimirum supponit iudicium infidelitatis, quo fides, adeoque & spes amittitur. An autem independenter à destructione fidei, adeoque directè spei habitus per hujusmodi præsumptionem destrueretur, v. g. in casu, quo iudicium infidelitatis sit culpabile quidem, sed non pertinax, controversum est. Estque probabile quòd non necessariò destrueretur: eò quòd consistere posset desiderium beatitudinis efficax, quantum est ex parte sperantis, & quòd per iudicium fidei de beatitudinis possibilitate posset etiam non obstante iudicio de non necessitate gratiæ aut bonorum operum, ac expectatione beatitudinis independenter ab illis, ejusmodi opera ad cautelam velle adhibere.

Tertia præsumptionis species dici solet Catholicorum, qui videlicet propèsumunt in suis peccatis usque ad finem vitæ perseverare, sperantes tunc sibi dandam à Deo gratiam poenitendi, sicque salutem consequendi. In quo quidem proposito est grave peccatum, tum ratione objecti (quòd in diversis peccatoribus diversum est pro diversitate peccatorum, in quibus persistere cupiunt) tum ratione periculi æternæ damnationis, cui se exponunt. Propriè tamen non

63.
Duplex illius speciei infidelitatem supponens declaratur.

64.
An vel quomodo per illam destruitur habitus spei.

65.
Tertia præsumptionis speciei, quæ appellatur Catholicorum expellitur.

non est ibi peccatum oppositum spei, aut quidquam quod habitum spei evertat; immo verè tales sperare adhuc possunt, uti debent, gratiam à Deo, quæ dum vita durat, non denegatur: quamquam magis timendum sit, ne in poenam non detur gratia congrua; uti plerumque fit. Proprium autem & speciale peccatum huiusmodi præsumptionis de misericordia Dei (quod dici solet peccatum in Spiritum sanctum) tunc committitur (ut rectè notat *Marchant To. 2. Tract. 2. Tit. 3. q. 6. Conclus. 2.* etsi aliqui non satis distinctè loquantur)

quando spes confessionis faciendæ, & misericordiae in hora mortis consequendæ, non tantum concomitantur, se habet, sed est causa peccati, dum videlicet ideo quis laxat habenas peccatis, quia scit Deum usque ad mortem esse propitium peccatoribus. Talis enim iustitiam Dei irritat, & quantum in se est provocat; nec non misericordiam, & bonitatem illius, eadem ad peccandum abutendè, oppugnat. Quamvis adhuc consistat cum actû spei, adeoque habitum spei non evertat.

DISPUTATIO UNDECIMA.

De Charitate, eiusque Præcepto & Ordine.

QUÆSTIO I.

An Charitas sit Virtus, veraque Amicitia cum Deo?



NOMEN Charitatis plerumque in bonam partem in Scriptura & sacris Scripturis sumitur pro amore boni seu bona voluntate, uti & frequenter sumitur dilectio; quæ tamen etiam pro dilectione mala sumitur, magis quam charitas: Amor autem indifferenter in bonam & malam partem accipitur. Et quidem apud *Augustinum* Charitas generaliter interdum complectitur omnem amorem boni, adeoque etiam amorem concupiscentiæ. Regulariter tamen sumitur pro habitu vel actû amoris benevolentiae erga Deum, quo ipse propter se se infinitam suam bonitatem diligitur, proximus autem propter Deum. Nec pro habitu vel actû Qualicumque amoris etiam naturalis, sed solum supernaturalis. Unde est infusa à Deo virtus, vel eiusdem actus, quo Deus diligitur propter se, aut propter Deum proximum.

Charitatem porro non esse quid creatum inhærens in anima hominis, sed esse ipsum Spiritum sanctum, non solum casualiter, sed formaliter docuit *Magister 1. d. 17.* prout communiter intelligitur & littera sonat: etsi subtiliter conetur *Scotus ibid. q. 3. n. 30.* eum cum communi doctrina ex aliis locis concordare: quod etiam facit *Oecam 1. d. 17. q. 3.* Loquitur autem *Magister* de habitu seu principio charitatis actualis, ut satis se ipsum explicat lit. S. & intelligitur à *D. Thoma q. 23. art. 2. D. Bonaventura 1. d. 17. p. 1. art. 1. q. 1. Scotus supra, Gabriele ibid. art. 1. Durando ibid. q. 2. Marsilio 1. q. 20. art. 1. & reliquis Scholasticis, quidquid Ariaga disp. 31. scilicet 1. n. 3.* explicet illum etiam de ipso actû, advens non bene à nonnullis *Herincx Sum. Theol. Pars III.*

Recentioribus etiam intelligi de solo principio proximo actûs, cum tamen Theologorum Principes cum infinitis quasi aequalis suis sic *Magistrum* intelligant.

Doctrina *Magistri* aperte repugnat non solum indubitatè omnium Theologorum sententiæ, afferentium charitatem esse qualitatem infusam, sed etiam *Tridentino sess. 6. c. 7.* ubi præmissis cap. præc. actibus fidei, spei & dilectionis dispositivis, docet, quod in ex *Tridentino justificatione per Spiritum sanctum Charitas sine. Dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificantur, atque ipsi inhæret. Unde in ipsa justificatione hac omnia simul infusa accipit homo, fidem, spem & charitatem &c.* Idem de charitate definit *Can. 11:* Quod nullo modo quadrat in ipsum Spiritum sanctum. Alud it *Tridentinum* utroque loco ad illud Apostoli ad *Rom. 5.* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Porro iuxta *Augustinum l. de Spirit. & Litt. c. 32.* (quem alii passim sequuntur) Charitas dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non quæ ipsi nos diligit, sed quæ nos facit dilectores suos: sicut iustitia Dei, quæ iusti eius mere efficiuntur, & Domini salus, quæ nos salvos facit. Adeoque intelligitur de charitate creata. Et quæquam Nonnulli post *Chrysostomum* explicent eum Apostoli de charitate Dei quæ nos diligit, conveniunt tamen omnes in hoc, quod ea dicatur diffundi ratione effectuum seu donorum animæ inhærentium, ac per Spiritum sanctum infusorum, maxime charitatis, unde consequens fit etiam reciprocam erga Deum charitatem esse donum animæ inhærens. Vide *Estium in d. Locum.* Accedunt aliæ Scripturæ, quæ frequenter loquuntur de charitate tamquam dono & fructu ipsius Spiritus sancti, connumerantes eam aliis donis & fructibus seu virtutibus, ut fidei, spei &c. *1. ad Cor. 13. ad Galat. 5. ad Ephes. 6.* Ut proinde ex Scriptura æquè colligatur de charitate, atque de fide & spe, quod sit donum creatum.